¶ Arguitur. in loco a substātia terminus inferens debet dicere subam et essentiā termini illati. ſꝫ inter ꝓpriū ⁊ suū subiectū fundaꝛ locus a suba ergo a p̄ori indicat q̇dditatem ⁊ essentiā Dōm ꝙ nō dꝫ essentiā a priori ꝑ ꝯparatōem ad subiectū. ſꝫ solum a posteriori. ex eo qꝛ hꝫ coessentialē habitudinē ad ipm subiectū. et rōne illius p̄t ibi fundari locus a substantia qꝛ coessentialiter ad suū subiectum ꝑtinet
¶ Arguitur. quod poniꝛ in definitōe alicuius hoc indicat eius essentiā. sed ꝓpriū poniꝛ in definitōe subiecti. ergo ⁊c. Maior ptꝫ ex rōne definitōis Minor ptꝫ hic. hō est aīal gressibile bipes. q̄ est definitio hois ꝺm p̄hm tn̄ bipes est ꝓpriū Dōm ꝙ illa definitio est tm̄ circūlocutiua ꝑ ipam drāꝫ substātialē. si aūt est ꝓpriū nō est definitio sed descriptio
¶ Arguitur nulla definitio dꝫ dari ꝑ negatōem. ſꝫ ista est hmōi. ergo ⁊c. Maior ptꝫ. qꝛ definitio debet dari ꝑ notiora. ſꝫ negatio fit nota ꝑ habitū Minor ptꝫ ex definitōe assumpta Dōm ꝙ ꝑ illā negatōem circūloq̇mur vnā drām nobis incognitā. qꝛ ꝑ hoc ꝙ non indicat p̄dicatur accn̄taliter que est positiua differentia.
¶ Arguitur. ergo possit sic diffiniri. ꝓpriū est qꝺ soli inest. et ꝯuersim p̄dicatur de re ⁊ accn̄taliter Dōm ꝙ nō debuit sic diffiniri. qꝛ p̄dicatum accn̄tale proprie ꝯuenit accn̄ti cōi. sed propriū p̄dicaꝛ nō essentialiter ſꝫ coessentialiter. ergo definitio mō p̄dicto q̄uis nō indicat essentialiter tn̄ coeēntialiter. Vel dōm ꝙ negatio negās rem ⁊ modū simul debet poni ī definitōe. sed illa q̄ negat modū et nō rem bene poniꝛ in definitione.
¶ Arguitur. definitio explicat entitatē. ſꝫ negatio recedit ab entitate. ergo ⁊c.
Dōm ꝙ hꝫ verū est de negatōe negāte rē ⁊ modum siꝉ. sed nō de negante modū tm̄. qꝛ illa p̄t aliq̄n esse magis nota q̄ ens positiuum.
¶ Arguitur. corruptibiliū nō est definitio ꝺm Aresto. p̄mo posteriorū. sed

Argumentaꝝ

ꝓpꝛiū est coꝛruptibile. g̊ ꝛc. Minoꝛ ptz. qꝛ dt Poꝛphirius ꝙ ꝑempta
spē ꝑimiť et ꝓpꝛiū Dōm ꝙ Poꝛphiri⁹ nō vult ꝙ coꝛrumpať. sz vult
ostendere necessariā habitudinē ad inuicē. loqtur em̄ ex suppōne
☞ Arguiť. omne generabile ē coꝛruptibile pmo celi. sz subiectū ꝛ sua
ꝓpa passio sunt generabilia. g̊ stꝫ coꝛruptibilia. Minoꝛ ptz ꝑ Aresto. qꝛ
to metaph. dicētē. ꝙ ꝓpꝛiū ꝛ suū subiectū eadē generatōe generāť. ꝛ etiā
eadē coꝛruptōe coꝛrūpunť Dōm ꝙ ex quo subiectū ꝓpꝛiū sꝑ est spēs
nō generať pꝛimo ꝛ ꝑ se. sed ex ꝯñti. siłr et ꝓpꝛium. ꝛ ergo etiā ex ꝯñti et
ꝑaccñs coꝛrūpitur. ꝑ se tamē incoꝛruptibilia sunt ambo
☞ Arguiť. ex illo seqtur ꝙ ꝓpum est idē cū suo subiecto. Pꝛobať. qa
illa sunt idē ꝺm substantiā q̄ sic se habēt ꝙ posito vno poniť et reliquū. sz
hmōi est ꝓpum ꝛ subiectū ꝑ Poꝛphiriū in ꝑdicabilib⁹. ꝛ ꝺm Aresto. in
pmo posterioꝝ. g̊ ꝛc. Dōm ꝙ verū est ꝙ ad positōem vnius ponitur
reliquū. nō tñ intrinsece et eēntiałr sunt idem. sed tanq̄ aliqđ extinsecum
hñtēs tamē necessariam habitudinem.
¶ Arguiť. illud nō est ꝓpum qđ plurib⁹ inesse dꝛ. sed oīs passio pluribꝫ
inest g̊ nō est aliqđ ꝓpum vni soli ꝯueniēs. sicut sensibile inest hoī asino
et reliqs spēb⁹ aīalis Dōm ꝙ pmo inest soli illi cuius ē passio ꝓpa. si-
cut aīali ꝛ ex ꝯñti ꝯtentis sub eo. Sed ꝯtra. passio solū ꝯuenit spēb⁹.
sed aīal est genus. ergo nō habet passionē. Dōm ꝙ ꝺm supꝛa est spēs. et
sic habet passionē. ꝛ ꝺm infra est genus. ꝛ sic non habet passionē
¶ Arguiť. nulla definitio debet dari ꝑ negatōem. sed ista est hmōi. g̊ non
est bona. Pꝛobatur. qꝛ soli inesse ꝛ ꝯuersim ꝑdicari sunt idē Dōm ꝙ
sunt idem sicut supius ꝛ inferius. qꝛ soli inesse est supius ad ꝯuersim ꝑdi-
cari. qꝛ symū soli naso inest. et tñ nō pꝛedicantur ꝯuersim
Arguitur. supius et inferius siłr ꝯbinata faciūt nugatōem. g̊ ꝛc. Añs
ptz sic dicēdo hō aīal Dōm. ꝙ verū est qñ minus cōe ꝑcedit. sz nō qñ
magis cōe pꝛecedit. sicut est in ꝓposito. Aliꝗ tñ dicūt. ꝙ et positū in defi-
nitōe teneatur expositiue. et tunc argumētum nō habet locum
Arguiť. ꝓpꝛiū vni soli ꝯuenit. sz ꝯuersim pꝛedicari ꝯuenit definitōnī
ergo nō ꝯuenit ꝓpꝛio. Tenet ꝯña. qꝛ ꝓpum ꝛ definitio stꝫ diuersa ꝑdi-
cata Dōm ꝙ ꝯuersim ꝑdicari ꝺm pmū modū ꝑseitatꝫ est ꝓpum de-
finitōi. sz ꝯuersim pꝛedicari ꝺm secūdū modū est ꝓpum ꝓpꝛio.
Arguiť. quecūq̄ ꝯuertibiłr pꝛedicātur eodē modo insunt. sed sic nō ē
de ꝓpa passione ꝛ subiecto. g̊ ꝛc. Minoꝛ ptz. qꝛ ꝓpum inest subiecto ꝺm
scđm modū ꝑseitatꝫ. sed subiectū inest ꝓpo ꝺm pmū modū. qa subiectū
est ꝑs definitōis passionis Dōm ꝙ nō est ꝑs essentialis definitōis ꝓ-
pꝛij ꝺm quē modū aliqđ est i pmo modo ꝑseitatꝫ. sed solum est de defini-
tione passionis. ꝺm ꝙ est data ꝑ additamētum.
Arguiť. definitio debet explicare totā eēntiā definiti. sed definitio pꝛo-
pꝛij nō est hmōi. g̊ ꝛc. Maioꝛ patet ꝑ ꝯditōem reqsitā ad bonā definiti-
onem. sed minoꝛ ꝓbatur. qa ꝓpum ꝯuenit subiecto sꝑ et ꝺm oīa sua sup-
posita sed illa nō addūtur ad definitōem ꝓpꝛij ꝺm Aresto. pꝛimo poste-
rioꝝ. Dōm ꝙ licet nō ponanť foꝛmałr. ponūtur tñ implicite. qa ꝯuer-
sim de aliquo ꝑdicari est de omni ꝛ sꝑ ꝑdicari de illo. g̊ definitio designat
explicite totā substantiā et essentiā definiti.

Arguit̃. sola spēs diffinit̃ ſm Boetiū. sed ꝓpriū ⁊ spēs sunt distincta ꝑdicabilia. ergo nō potest propiū diffiniri. Dōm ꝙ sola spēs ꝓprie diffinitur. sed alia describuntur sicut hic in proposito

Arguit̃. ſm Aresto. scdo posterioꝝ accn̄tis est demrātio. substantie vero diffinitio. sed ꝓprium est accidens. ergo nō pt̄ diffiniri. Dōm ꝙ substantia sola diffinit̃ in suo proprio genere. ꝫ alia pn̄t solū ꝯpletiue diffiniri ꝑ illa q̄ sunt alterius generis. ꝫ hic nō diffinit̃ ꝓpriū ꝫ solū describit̃.

Arguit̃. nulla diffinitio dꝫ ꝯuenire alteri a diffinito. sed ista ē hmōi ergo ⁊c. Minor ptꝫ. qꝛ ꝯuersim ꝑdicari etiā ꝯuenit accn̄tibꝫ. qꝛ color solū inest supficiei. et ecōuerso q̄nto metaph. sed tn̄ color est accn̄s ꝯmune. Dōm ꝙ solū ꝓprium ꝯuersim ꝑdicatur de re tanq̄ causatū ex intrinsecis principijs ipsius subiecti.

Arguitur. omne accidens debet diffiniri per suū subiectū. sed ꝓpriuꝫ est accidens. tn̄ nō ponit̃ in sua diffinitione eius subiectū. Dōm ꝙ q̄uis nō ponatur formaliter tn̄ bene implicite et virtualiter in hoc qd̄ dicit soli. per quā dictionem intelligitur species

Arguit̃. omnis diffinitio debet esse explicita. ergo male dꝛ ꝙ implicite intelligatur in ea subiectū. Dōm ꝙ debet esse explicita ꝑ ꝯparationeꝫ ad diffinitū. ex eo ꝙ debet esse magis nota. sic aūt est de descriptōe ipius proprij in ordine ad suum diffinitum

Arguit̃. priora sunt notiora. ꝫ ꝯuersim ꝑdicari est posterius ꝓprio. ergo nō notificat ꝓpriū. Dōm ꝙ q̄uis nō notificat q̄dditatiue ⁊ eētialiter tn̄ bn̄ descriptiue in rōne alicuius ꝑdicati. Et ꝑ hoc soluit̃ argumētuꝫ quo q̄s posset arguere ꝙ ad faciēdū diffinitōem oꝫ ꝑmo inspicere in quo genere sit. ꝫ nullū genus ponit̃ in diffinitōe ista ipius ꝓprij. Dōꝫ ꝙ Aresto. scdo posterioꝝ hoc intelligit de diffinitōne q̄dditatiua et essentiali. Pro maiori tn̄ intelligentia ipsius passionis proprie seu accidentis proprij ponit Ulilius istam ꝯclusionem

Separatio proprie passionis

a suo subiecto nō implicat ꝯtradictōem. Cōtra hoc spineus

Arguit̃. quicq̄d est alicui essentiale ⁊ ꝯueniēs sibi ſm naturā nō pōt ab eo separi. sed ꝓpriū ſm naturā ꝯuenit subiecto. g̊ ꝯclusio minus vera. Minor ptꝫ. qꝛ ꝑdicatur de subiecto in materia naturali. Dōm ꝙ verum est. sed tamē in secūdo gradu. et ergo dicitur proprium.

Arguit̃. substātiale nō pt̄ separi ab eo cuius est. sed ꝓpriū est substātiale ipsi subiecto. g̊ ⁊c. Minor ptꝫ ꝑ ꝯmētatorē sex ꝑncipioꝝ. Dōm ꝙ substātiale capit̃ vnoꝰ vt est subam rei ꝯstituēs. ⁊ illo mō nō pt̄ separi ab illo cuius est. Alio mō capit̃ substātiale ꝓ illo q̄d est substātiā alicuiꝰ rei ꝯcomitās. et illud bene pōt ab eo separi. sicut posterius a priori

Arguit̃. illud nō potest separi a subiecto quo posito subiectū ponitur et q̄ remoto subiectū remouet̃. ꝫ posita ꝓpria passione ponit̃ subiectuꝫ ſm Aresto. ꝑmo posterioꝝ. et ecōuerso. g̊ nō pt̄ ꝓpriū separi a subiecto

Dōm ꝙ q̄uis non possit separi a subiecto ꝑ cām naturalē. tn̄ bn̄ per cām supnaturalē ⁊ infinitā. qꝛ pt̄ intelligi sine subiecto. g̊ etiam pōt sine

Argumentorum

subiecto ꝓduci ꝛ ꝯseruari. qꝛ causa ꝓductiua nõ est maioris perfectõis in deo q̄ potentia sua intellectiua

☞ Arguit. definitio nõ p̄t separi a suo definito. sed subiectũ est de defi/nitione passionis. ergo nõ p̄t ab eo separari Dõm ꝙ maior intelligitur de definitõe q̄dditatiua ꝛ essentiali. ista aũt est effectiua. qꝛ subiectuꝫ est cã efficiens ꝓprie passionis. sed deus p̄t cãm suspendere ab effectu ꝛ aliuꝫ ſm cursum nature producere.

☞ Arguit. ꝓprium fluit ex principijs subiecti in genere cause formalis. ergo solutio minus vera. Añs ꝓbatur. qꝛ idem in q̄tum idem semꝑ na/tum est facere idem. sed eadẽ sunt p̄ncipia spẽi ꝛ ꝓprij. spẽs aũt fluit ex illis in genere cause formalis. g̊ etiã ꝓpriũ Dõm ꝙ idẽ in q̄tum ideꝫ causat idem. sed hoc est ſm diuersum genus causandi ꝯsideratũ. ꝛ ꝑ ꝯsequẽs ꝓprium p̄t separari a subiecto. Cuius rõ est. qꝛ omne p̄us in q̄tuꝫ p̄us est separabile a posteriori ꝑ aliquã potentiã. sed subiectũ est p̄us sua propria passione. ergo ꝛc. Ad hoc tñ dicũt schotiste ꝙ maior habet veritatẽ in p̄o/ri essentialiter distincto a posteriori. modo ipsi dicũt ꝙ passio non sit essen/tialiter a subiecto distincta. qđ falsum est. qꝛ essentie predicamentoruꝫ ſm Aresto. p̄mo posterioꝝ sunt impꝑmixte ꝛ essentialiter distincte. sed subiec/tum est generaliter in p̄dicamento substãtie. ꝛ passio in predicamento qua/litatis. Secũda rõ est. qꝛ q̄cquid p̄t deus in aliquo signo sine alio facere. h̄ p̄t in quocũq; tp̄e sine alio ꝯseruare. sed p̄us vt hm̃õi est in aliquo signo in quo nõ est posteriꝰ g̊ deus sic p̄t ip̄m ꝯseruare ꝑ totũ tempus sine posteri ori. qꝛ subiectum est p̄us natura ipsa passione. Patꝫ. qꝛ cã est ipsius passi/onis efficiens que naturaliter p̄cedit suũ effectũ. Ad hoc dicunt schotiste qđ est p̄us natura non est esse p̄us in aliquo signo in quo non sit posterius qꝛ esse p̄us natura non est aliud nisi presuppositio huius ab hoc in quadaꝫ alietate nature. ꝛ p̄oritas nature est presuppositio siue dependentia. Sed prioritas originis est presuppositio huius ab hoc cum idempt̄itate nature Tercia rõ est. deus p̄t intelligere ꝓprium sicut ꝛ nos sine subiecto. ergo eti am p̄t ipsum a subiecto separare. qꝛ om̃es potentie eius sunt eiusdem ꝑfec tionis. Dicũt schotiste ꝙ deus intelligit duo ꝯtradictoria. tñ illa nõ p̄t ꝓ ducere. Sed dõm ꝙ ille defectus nõ est ex parte dei. sed ex parte ipsius ꝓ/ducibilis. Et dicendũ finaliter ꝙ potentie accepte fundamentaliter ꝑ cõ/paratione ad deum se nõ excedũt. tñ si ꝯpant̄ ad obiecta vna excedit aliam qꝛ intellectus dei plura intelligit q̄ potentia ꝓducit. Et totũ fundamẽtũ eoꝝ fundat̄ in hoc ꝙ nõ distinguũt potentias seu ꝓprias passiões ab essen tia suorum subiectorum cuius manifestus error patet in secũdo de aĩa ſm omnes ꝯmẽtatores. Etiam ſm theologos qui in potentijs realiter distin ctis diuersimode ponunt actum beatitudinis. sicut per dei gratiam postea latius declarabo

Istis expeditis ponit Spineus aliam ꝯclusionem

Accidens est unũ predicatum

dyalecticum ab alijs distinctum. Contra quod ꝑ Lilium

☞ Arguit. nullum corruptibile est predicatuꝫ. sed accñs est corruptibile

ergo nō est p̄dicatū. Maior pꝫ. q2 p̄dicatū dyalecticū debet esse vniuersale qđ est incorruptibile ꝑmo posteriorꝝ. Minor pꝫ. q2 contingēs pt nō esse ꝛ corrūpi. sed accn̄s ꝯtingit inesse ꝛ nō inesse. g̊ ꝛc. Dōm ꝙ vl'e ſm se totum est ꝑpetuū. pt tn̄ corrūpi ſm suas ꝑtes Sed ꝯtra. illud totū est ſm se corruptibile cuius oēs ꝑtes sunt corruptibiles. g̊ cuꝫ partes totius vl'is corrūpūtur. etiā ipm totū vl'e corrūpit᷑. cū ꝑ thopicā maximā dꝛ Destructis omib⁹ partib⁹ etiā totū destruit᷑ Dōm ꝙ verū est si ille partes simul corrūperent᷑. sed licet vnū accn̄s ꝑticulare corrūpit᷑ in platone. aliud tn̄ manet in sorte. cū singularia ſm successionē perpetuant᷑ ad inuicē. Uel dicendū ꝙ accn̄s ꝑticulare est corruptibile. nō aūt in vl'i.

¶ Arguit᷑. accn̄s in vl'i est corruptibile. g̊ solo falsa. Añs ꝓbat᷑. q2 oīs aptitudo ꝑmo ꝯuenit vl'ib⁹. ꝛ deinde singularib⁹. sed corruptibile dꝛ aptitudinem ad corruptōem. g̊ ꝑmo inest vl'ib⁹ Dōm ꝙ intelligit᷑ maior de illa aptitudine q̄ est perfectionis qualis non est corruptibilitas. Uel dōm ꝙ ꝯuenit vl'i. sed illa non reducit᷑ in actum nisi in singulari supposito in quo est particulare accidens

¶ Arguit᷑. accn̄s in vl'i est ſm actū corruptibile. q2 om̄is actio est ipsius forme totius. sed corrūpere est agere. g̊ ꝯuenit ꝑmo forme in vl'i. Dōm ꝙ nō ſm se sed ſm ꝙ est in toto ꝯposito. et ſm hoc dꝛ Aresto. ꝑmo metaphysice. ꝙ actus ꝛ opationes sunt singulariū.

¶ Arguit᷑. eodē mō accn̄s est corruptibile qūo definit᷑. sed solū accn̄s in vl'i definit᷑. ergo accn̄s in vl'i est corruptibile. q2 dicit definitio eius ꝙ accidens est qđ ꝯtingit eidē inesse ꝛ nō inesse. sed eius nō inesse est eius corruptio. g̊ Dōm ꝙ illud ꝟbū ꝯtingit est exponendū ꝑ aptitudineꝫ. sicut oīa ꝟba in definitionib⁹ posita exponūtur

¶ Arguit᷑. qn̄cūqꝫ aliq̄d inest plurib⁹ tūc inest illis ꝑ vnā ꝯmunē causaꝫ. sꝫ corruptibilitas inest ipsis accidentib⁹. ꝛ nō inest albedini ꝑ nigredinē. sed ꝑ accidens ꝯmune. ergo accn̄s in ꝯmuni ꝑmo est corruptibile Dōm ꝙ in est accidentib⁹ corruptibilitas ꝑ ꝯparationē ad subiectū habens aptitudinem ad nō esse vel formā ꝯtrariam

¶ Arguit᷑. si esset p̄dicatū. vel hoc esset respectu subiectorꝝ vel respectu suppositorꝝ. sed nullū istorꝝ est dicendū. g̊ ꝛc. Maior pꝫ ex sufficiētia diuisiōis Sed minor ꝓbat᷑ quo ad ꝑmā ꝑtē. q2 vl'e est forma abstracta. sed accidēs ꝯparatum ad subiecta notat᷑ illis inesse. g̊. Quo ad secūdaꝫ partē ꝓbat᷑. q2 ꝯparatū ad sua inferiora est genus. sicut pꝫ de q̄ntitate q̄litate ꝛc. Dōm ꝙ est distinctū p̄dicatū respectu subiectorꝝ. eo ꝙ p̄dicatū hꝫ eē ad subiectū et sic licꝫ sit vl'e respectu suppositorū est tn̄ predicatuꝫ respectu subiecti. Nā vniuersale sumitur a modo essendi in. predicatum vero a modo predicandi conuertibiliter. ꝛ sic est distinctum p̄dicatum ꝑ modum predicādi queꝫ habet in ꝯparatione ad subiecta

¶ Arguit᷑. ꝑ illum modū p̄dicandi accn̄s nō dꝛ p̄dicatū ꝑ quē aliud dicit᷑ distinctū p̄dicatū. sed ꝑ illum modū p̄dicandi positū genus est distinctum p̄dicatū. ergo nō accn̄s. Maior pꝫ. q2 forma distinguens debet esse in illo quod distinguit᷑. Minor pꝫ. quia sic accidens est distinctū p̄dicatū respectu subiectorꝝ. q2 predicatur de illis nō ꝯuertibiliter. sicut etiam genus predicat᷑ de subiecto dyalectico nō conuertibiliter Dōm ꝙ inesse illa diffe

runt. q2 genus p̄dicatur essentialiter ꝛ incōuertibiliter. accidens vero acci-dentaliter. ꝛ cū hoc incōuertibiliter

¶ Arguit. omne predicatū debet esse in aliquo genere. sed accidens ꝯcre-tum ꝓpter duplex eius ꝑcatum non est in genere. ergo ꝛc. Dōm ꝙ p̄n-cipaliter accidens concretum vnum significat ꝛ respectu illius ponitur in vno genere q̄uis aliud ꝯnotat quod ponitur in alio genere et per primuꝫ dicitur predicatum.

¶ Arguit. non est distinctum p̄dicatū a ꝓprio. quia causa per se ꝛ causa per accidens non faciūt distincta genera causarū. sed ꝓprium est ꝑ se p̄dicabile accidens vero vnū ꝯmune per accidens. ergo habent vnū modū predicā-di Dōm ꝙ accidens est predicatū per se. ꝛ predicatur accidens in ꝯcre-to ꝑ se de subiecto. licet nō ꝑm aliquē modū ꝑseitatis. vt patet ꝑ Arestote-lem primo posteriorum

¶ Arguit. nullū accidens ꝓprium facit distinctum predicatum a ꝓprio. ſꝫ omnia accidentia sunt accidentia ꝓpria. ergo non facit distinctū p̄dicatum quia omnia accidentia corrūpuntur ad corruptiōem suoꝝ subiectoꝝ. ꝛ etiā ponūtur ad eorum positionem. sicut patꝫ de altedine existente in subiecto habente multum de lucido ꝛ modicum de opaco Dōm ꝙ tale accidēs non est proprium. eo ꝙ fluit ex principijs indiuidui. et potest dici appropria-tum. ꝛ pro tanto quia tales dispositiones in subiecto sunt. sed dicitur inse-parabile. eo ꝙ est difficulter separabile. vt patꝫ in logicis circa illam distin-ctionem. accidentiū aliud separabile aliud inseparabile

¶ Arguit. nullū singulare est p̄dicatū. sed accidens appropriatū vni parti-culari subiecto est singulare. ergo non est predicatū. vt pretendit predicti ar-gumenti solutio. Maior patꝫ. q2 p̄dicata cadunt sub arte. qd̄ non ꝯuenit singularib9. Sed minor est manifesta de nigro coruo. Dōm ꝙ q̄uis ꝑm actum insit vni particulari subiecto. tamen ꝑm rōnem potest considera-ri in ꝯmuni. non in hoc vel in illo subiecto ꝑm ꝙ habet modum predicandi non ꝯuertibiliter de illis. ꝛ sic est distinctum predicatum etiam vniuersale incorruptibile. vt patꝫ ex supra dictis.

¶ Arguit. si esset ꝓpriū p̄dicatum vel esset predicatum per se vel per acci-dens. sed nullū istoꝝ est dicendū. Nō ꝑ se. q2 habet modum predicandi per accidens. Nec etiā ꝑ accidens. quia tale potest non esse. primo posterioruꝫ sed predicatū debet semꝑ esse. ergo. Etiā p̄ma pars pꝫ. q2 ꝑ accidens non est ꝑ se. Dōm ꝙ accidens est per se predicatū. Et ad ꝓbationem quan-do dicit per accidens nō est per se. veruꝫ ē si per se determinat accidens. nō tamen est verū si determinet predicatum Et qū dr. est predicabile. er-go nō est predicatū. q2 illa sunt distincta. Dōm ꝙ hoc est ꝑm diuersas rō-nes. Hec aūt sufficiūt quo ad hoc quod est esse p̄dicatum.

Lilius ponit istam ꝯclusionem

Magis et minus est ipsius ac-

cidentis annexum ¶ Contra quā per Spineum

¶ Ar. illud qd̄ formalr ꝯtinet sub accn̄te nō est ānexū. ſꝫ magis ꝛ min9 for-maliter ꝯtinentur sub accn̄te. ḡ ꝛc. Maior pꝫ. q2 esſꝫ ꝯtra rōnē annexi. eo

ꝙ annexũ est ad aliud nexũ. Minoꝛ pꝫ. qꝛ ꝗcq̇d suscipit magis ⁊ minꝰ est forma accñtalis. vt inq̇t ibi alexãder. Est adiectiuis graduũ collatio talis Dum valet augeri sua ꝓprietas minuiue Dõm ꝙ magis ⁊ minus aliquid addũt supra modũ p̄dicãdi accñtis. qꝛ accñs ſm suũ modũ absolute inest. sed magis ⁊ minus inest ꝯparatiue.

☞ Arguit. omne accñs in ꝯcreto saltē ꝑcatũ hꝫ ꝯpatõem ad subiectuꝫ ergo nõ solũ ꝑ magis ⁊ minꝰ sed ex sua ꝓpria natura vt postea patebit.

Dõm ꝙ hoc verũ est solũ ꝑ ꝯparatõem ad subiectũ. sed magis ⁊ minus addũt aliã ꝯparatõem que est accidentis in vno subiecto ꝑ ꝯparationem ad accidens in alio subiecto. vel ad minus in eodem ſm alium modũ essendi magis vel minus intensum.

☞ Arguit. annexũ alicuius p̄dicati debet ꝯpetere omĩ ꝯtento sub eo. sꝫ suscipe magis ⁊ minus nõ inest omĩ accñti. g̃ nõ est eiꝰ annexũ. Maioꝛ pꝫ qꝛ dr̃ña generalis ex eo est annexũ generi. qꝛ generalis est. Minoꝛ pꝫ. quia nõ om̃ia accñtia suscipiunt magis ⁊ minus. sicut nec q̃titas nec relatio nec multe q̃litates vt pꝫ ꝑ ꝓprietates eoꝝũdē p̄dicamentorũ a pħo assignatas.

Dõm ꝙ nõ requiritur ꝙ annexũ insit omĩbꝫ ꝯtentis sub predicato. sed quibusdã tm̃. Et ad ꝓbatõem dõm ꝙ dr̃ña nõ dr̄ ideo generalis ⁊ annexum. qꝛ inest omnibꝫ generibꝫ. qꝛ nõ ꝯuenit generi generalissimo. eo ꝙ illud nõ habet differentiam ꝯuertibilem cum eo. sed ideo quia ꝯuenit generi et pluribꝫ sub eo contentis

☞ Arguit. annexũ debet inesse soli illi cuius est annexũ. sed magis ⁊ minus nõ solũ repit̃ in accñtibꝫ sed etiã in alijs formis. g̃ nõ est eius annexuꝫ Maioꝛ pꝫ. qꝛ p̄dicatũ est magis ꝯmune q̃ suũ annexũ. g̃ cuicũqꝫ cõuenit annexũ etiã p̄dicatũ. Sed minoꝛ ꝓbat̃. qꝛ ſm Gilbertũ in p̄dicamento actionis dr̄ ꝙ aĩal est animantius planta seu arboꝛe Dõm ꝙ magis ⁊ minus solũ ꝯueniũt accñtibꝫ. Et ad ꝓbatõem dr̄ ꝙ licet ꝯparando vnã substantiã ad aliã vna est reliqua magis ꝑfecta. tñ in accñtibꝫ magis ⁊ minꝰ solũ sequũtur vnã formã specificam.

☞ Arguit. vnius predicati erit tm̃ vnũ annexũ. sed magis ⁊ minus sꝫ duo. ⁊ accidēs est vnũ p̄dicatum. g̃ nõ sunt ambo annexa ipsius accidētis

Dõm ꝙ argumentũ p̄supponit falsum

☞ Arguit. q̃to aliq̇d est magis ꝯmune tãto magis debet ipm̃ esse multiplicatũ. sed p̄dicatũ est magis ꝯmune q̃ suũ annexũ. g̃ sicut est vnũ p̄dicatum ita erit vnũ annexũ. vel si sunt plura annexa magis debet p̄dicatũ esse plurificatũ Dõm ꝙ licet accñs ad plura se extendat. tamē ipm̃ in se est vnũ in quo repiũtur duo gradus. sicut magis ꝑ accessum ad ꝑfectionem ſm minus ꝑ recessum. ergo sunt duo

☞ Arguit. dicit Aresto. tercio physicoꝝ. eadem est via a thebis ad athenas ⁊ ecõuerso. ergo est eadē via que est ad magis ⁊ illa que est a magis ad minus Dõm ꝙ licet sit eadē materialiter. est tñ alia formaliter ⁊ ſm rõnem q̃tum ad suos terminos ⁊ motus

☞ Arguit. multiplicato vno respectiuoꝝ multiplicat̃ ⁊ reliquũ. sed magis ⁊ minus sunt relatiua. qꝛ magis dr̄ ꝑ ꝯparatõem ad minus. ergo ⁊c.

Dõm ꝙ sunt bene respectiua inter se ꝯparata. nõ tñ ꝑ ꝯparatiõem ad p̄dicatum. ergo illud non multiplicatur ad multiplicatõem eoꝝum

¶ Arguitur. annexum debet actualiter convenire ipsi predicato. sed impossibile est ista duo annexa uni accidenti simul convenire. ergo non sunt ad minus ambo annexa ipsius accidentis. quia unum accidens non potest simul intendi et remitti. sicut non potest idem contrarijs et oppositis motibus simul moveri ¶ Dicendum quod conveniunt uni secundum diversas rationes accepto. secundum enim gradum intensiorem convenit sibi magis. sed secundum gradum remissiorem convenit sibi minus. et semper unum convenit sibi secundum actum. quia sunt relative opposita que secundum actum uni convenire non possunt respectu eiusdem. sed bene respectu diversorum

¶ Arguitur. predicatum debet esse nobilius annexis. sed magis et minus sunt nobiliora ipso accidente. ergo non sunt eius annexa. Minor patet. quia posteriora secundum viam generationis sunt perfectiora. ut patet quarto celi. sed maius et minus sunt posteriora ipsa forma accidentali. ergo etc. ¶ Dicendum quod posteriora secundum viam generationis sunt perfectiora. sed magis et minus sunt posteriora solum secundum viam consequentie. Vel dicendum quod hec non est generatio sed motus. in generatione autem posterius forma substantialis generatur. que est perfectior preexistentibus reliquis dispositionibus. que possunt dici quedam particulares generationes

¶ Arguitur. de annexo et de predicato cuius est annexum determinandum est in eodem libro. sed in alio libro determinatur de accidente et de annexo illius quod est magis et minus. ergo non sunt annexum accidentis. Maior patet. quia in eodem libro fit determinatio de genere et differentia. que est eius annexum. Minor patet quia in secundo topicorum determinatur de accidente. sed in tertio de accidente comparato. ¶ Dicendum quod non oportet quod determinetur de eis in eodem partiali libro. Et ad probationem maioris dicitur quod non est simile de genere et accidente cum eorum annexis. quia pauciores considerationes sunt ad determinandum genus quam ad determinandum accidens et suum annexum. et quia sunt plures. ergo propter pluralitatem illarum considerationum requirunt diversos libros.

¶ Arguitur. idem diffinitione est annexum diffinitionis. ergo idem accidente erit annexum accidentis. et non magis et minus. Tenet consequentia per simile ¶ Dicendum quod non est simile. quia annexum debet causari ab eo cuius est annexum. sed idemptitas accidentalis seu diversitas non causatur ab accidente. sed a subiecto quod est causa accidentis. sed idemptitas diffinitionis causatur ab ipsa diffinitione

¶ Arguitur. proprium non habet annexum. ergo etiam accidens non habet annexum. Tenet consequentia. quia proprium etiam est accidens. ergo sicut illud non habet annexum ita nec istud ¶ Dicendum quod non est simile. quia proprium non habet annexum. ut patet ex dictis supra in conclusionibus de proprio positis. sed accidens commune eo quod intenditur et remittitur habet annexum quod est magis et minus ¶ Pro maiori huius materie intelligentia ex opposito ponit. Spineus istam conclusionem

Accidens bene et convenienter potest diffiniri.

¶ Contra hoc sic opponit Lilius

¶ Arguitur. quod non potest diffiniri non potest bene diffiniri. sed accidens non potest diffiniri. ergo non potest bene diffiniri. et per consequens conclusio illa que comprehendit diffinitiones accidentis est falsa. Minor patet per Aristotelem secundo posteriorum dicentem. Accidentis est demonstratio. substantie vero diffinitio. Idem patet primo de anima ubi dicit quod subiectum habens quod quid est diffinitur. accidentia autem non habent quod

quid est. Item dicit cōmētator. vij. metaph. qui dat accidētibꝫ diffinitōez largit eis qđ nō hn̄t. Dōm primo ꝙ accidens nō diffinit. ſʒ bene deſcribit. Et qn̄ dicit. tunc dat ei qđ nō hʒ. Dōm ꝙ primo et per ſe nō diffinit ſicut ſubſtantia. ſed bene ſecūdario. eo ꝙ nō habet quod quid eſt ſm ſe ſed in ordine ad ſubiectum

¶ Arguit. qđ nō eſt nō poteſt diffiniri. ſed accn̄s nō eſt. ergo ꝛc. Maior pʒ ex Ariſto. q̄rto phiſicoꝝ dicente. Nō entis nō ſunt ſpēs neqꝫ drn̄tie. Sʒ minor pʒ p cōmētatorē ſeptimo metaph. Qui dicit accidens eſſe diminus verū. Dōm ꝙ dcm̄ cōmētatoris ita intelligit. qui dt accidens eē ens principaliter et per ſe ſubſiſtens ille dicit minus verū. eſt tn̄ bene ens minus principaliter ꝛ alteri inherens. et ſic dicit ens.

¶ Arguit. oīs diffinitio vel eſt realis vel logicalis. ſʒ nulla taliū diffinitionū pōt accn̄s diffiniri. ḡ eius diffinitōes ſunt male aſſignate. Maior pʒ p ſufficientē diuiſionē. Sʒ minor pʒ. qꝛ nō pōt diffiniri diffinitōe logicali. qꝛ tales ſunt caſſe et vane. primo de aīa. Etiam forme nō eſt forma. ſi ḡ accn̄s diffiniret tunc ipſius forme eſſet forma. et eſſet proceſſus in infinitum. Nec etiā diffinit diffinitione reali. qꝛ tales dātur per materiā. ſʒ accidētis nō eſt materia. quia alˀs eſſet p ſe ſubſiſtens. Dōm ꝙ hec diffinitio eſt logica. Et quādo dꝛ. illa diffinitio daret p formā que eſt altera ps cōpoſiti. ſed per talem formam que explicat modum ꝛ cōditionem ipſius accidentis in ordine ad ſubiectū que ꝓprie nō eſt forma. ſed eſt modus forme accidētalis. et in illo modo eſt ſtatus. Etiam ad aliam ꝓbationē dōm ꝙ q̄uis nō habet materiam neceſſariā ex qua. habet tn̄ bn̄ materiam in qua. ſ. ſubiectū in quo eſt ſꝑ ſubſiſtens

¶ Arguit. ſi accidēs diffiniret vel hoc eſſet ꝑ re vel ꝑ intentione. ſʒ nullum iſtoꝝ eſt dōm. ergo ꝛc. Nō ꝑ re. qꝛ tūc ꝑtinet ad artificē realē ꝛ nō ad logicū. Nec ꝑ intētōe. qꝛ de rebꝫ exēplificat. Dōm ꝙ diffinit h ꝑ intentiōe. cuius fundamētū eſt res ipā. ꝛ gratia illius pōt de rebꝫ ipſis dari exēplū inq̄ntum vtrūqꝫ cōſiderat. tn̄ pncipalius ſecūda intentio. ergo non ſpectat ad artificem realem. qꝛ res ſub intentione cōſideratur

¶ Arguit. nulla bona diffinitio debet dari p negatōem. ſed pma diffinitio tangit ꝑticulā illā q̄ negatiua eſt. ergo nō eſt bona. Dōm ꝙ nulla bona diffinitio debet dari p negatōem diffiniti. poteſt tn̄ bene dari p negatōem aliam. Vel dicit. ꝙ nō eſt pure negatiua. ergo eſt bona

¶ Arguit. qđ nihil notificat nō pt eſſe pncipiuʒ diffinitm̄. ſʒ negatio eſt hmōi. ḡ ꝛc. Maior eſt manifeſta. qꝛ diffinitio datur ad notificandū ipm diffinitū. Sed minor pʒ. qꝛ negatio eſt nō ens qđ nō eſt hn̄s rōem generis vel drn̄e. Dōm ꝙ q̄uis formaliter ꝛ p ſe nihil notificat tn̄ bene cū alio ꝛ circūloquutiue aliq̄d notificat. ſicut eſt in ꝓpoſito

¶ Arguit. nulla bona diffinitio debet cōuenire alteri a diffinito. ſʒ iſte eſt hmōi ḡ ꝛc. Maior pʒ ex cōditōne ad bonā diffinitōez req̄ſita. Minor pʒ qꝛ cōuenit tunice fortis. q̄ ſibi adeſt ꝛ abeſt preter eius corruptōnem. et tn̄ nō eſt accn̄s. Probatur qꝛ qđ vere eſt nulli accidit. ſed tunica materialiter eſt in genere ſubſtantie. ergo nullius eſt accidēs. Dōm ꝙ tunica vel capuciū aduenit ꝛ abcedit tanq̄ res poſſeſſa ad aliquem vel ab aliquo. et non tanq̄ accidens inherens ſubiecto.

Argumentorum

☞ Arguit᷑. aliq̄d aliud ab accidēte pt̄ alicui subiecto aduenire ⁊ etiam ab eo recedere p̄ter eius corruptōem. ⁊ tn̄ sibi inherere. g̊ solutio minus vera. Minor ptz de forma substātiali que aduenit materie. tn̄ ipa nō corrūpit᷑. q2 dt Aresto. pmo phisicoꝝ ꝙ materia ē ingenerabilis ⁊ incorruptibilis. ⁊ si q̄d corrūpit᷑ in hoc abibit vltimū. Dōm ꝙ forma substātialis aduenit tāq̄ȝ enti in poñā. sȝ accn̄s adest et abē subiecto in actu p̄ter eius corruptōem. g̊ ista diffinitio nō ꝯuenit sibi. Etiā licet forma substātialis ꝑ eius adherētiā nō inducit corruptōem materie. inducit tn̄ corruptōem totius. hoc aūt nō facit accidēs. Et primo dr̄ūt. q2 forma substātialis aduenit enti in potentia. sed accidētalis enti in actu. Secūdo. q2 forma substantialis est ꝑs illius cuius est. forma aūt accn̄talis non est ꝑs illius cuius est. Tertio q2 illud cuius est forma substātialis ipa necessario indiget. sed illud cuius est forma accn̄talis nō necessario ipa indiget. q̄a forma substantialis inducit ꝑ eius absentiā corruptōem. accn̄s vero non. et forma substantialis dt esse substātiale. qd̄ est eē simpliciter. forma vero accidentalis dat esse accn̄tale. quod est esse ꝫm quid

¶ Arguit᷑. oīs diffinitio debet ꝯuenire oī ꝯtento sub diffinito. sed ista nō est hmōi. g̊ ⁊c. Minor ptz. q2 accn̄s insepabile est accn̄s. tn̄ ista diffinitio nō ꝯuenit sibi. q2 nō p̄t abesse eo ꝙ dr̄ insepabile. Dōm ꝙ definitio sibi ꝯuenit. Et qn̄ tūc replicat᷑. nō p̄t abesse g̊ ⁊c. Dōm ꝙ de sua natura p̄t bn̄ abesse. sȝ ex ꝑte subiecti hȝ quandā rōem insepabilitatis. nō tn̄ dr̄ insepabile simplr̄. sȝ solū ꝑ quādā difficultatē. et qd̄ difficulter sepat᷑ etiā tādem sepatur. et sic diffinitio sibi ꝯuenit.

¶ Arguit᷑. illa accn̄tia nullo mō sunt sepabilia. g̊ solutio minus vera. Añs ꝓbat᷑. q2 albedo nō p̄t separi a cigno. eo ꝙ seq̇t᷑ sua ꝯplexionalia p̄ncipia. ergo ⁊c. Dōm ꝙ licet nō sepet᷑ ꝫm rem: sepat᷑ tn̄ ꝫm rōem siue intellectum. Sȝ melius dōm est. ꝙ q̄uis nō est sepabilis stantibꝫ p̄ncipijs ꝯplexionalibꝫ. p̄t tn̄ separi ꝯsiderando cignū quātuȝ ad principia substātialia sicut Albertus magnus dat experimētum de coruo. qn̄o nigredo posset ab eo separi. ⁊ albedo deinde introduci. ecōuerso est de cigno.

¶ Arguit᷑. ista diffinitio nō ꝯuenit omi ꝯtento sub diffinito. g̊ nō est bona. Añs patȝ. q2 mori ⁊ ꝯburere sunt accn̄tia. ⁊ tn̄ nō assunt nec absunt subiecto p̄ter eius corruptōem. q2 mortuū nō remanet post corruptiōem nec ꝯbustibile post ꝯbustionē. Dōm ꝙ sunt accn̄tia ꝫm ꝙ capiunt᷑ ꝓ preuijs disp̄onibꝫ disponētibꝫ ad mortē. ⁊ etiā absunt suis subiectis p̄ter eoꝝ corruptōem. Sȝ alio modo capiunt᷑ ꝫm ꝙ nōinātꝑuationes substantialiū formaꝝ: ⁊ sic nullo mō sunt sub diffinito ꝯtenta. sed priuatiue reducuntur ad substantias quaꝝ formas priuant

¶ Arguit᷑. quod semꝑ est in subiecto subsistens nō potest abesse. sȝ dicit vna pars ꝯclusionis (semꝑ in subiecto subsistēs) ergo nō abest. Dōm ꝙ q̄diu accidens est tunc semper est in subiecto. et ergo solet dici ꝙ accidentis abesse est eius corruptio

Arguit᷑. accidens semꝑ est. ergo sꝑ est in subiecto subsistens Añs pȝ q2 accidēs est vl̄e. tenet ꝯña q2 qn̄ non est in subiecto tūc desinit esse.

Dōm ꝙ accidens vage designatū semꝑ est in subiecto. sed accidens hoc vel illud in particulari designatum potest abesse

¶ Arguit᷑. accidens nõ semper est in subiecto subsistens. ergo illa solu-
tio minus vera. Probat᷑ qꝛ accñs in cõi sic diffinit᷑. Accidẽs est qḋ ad-
est ⁊ abest ꝑter subiecti corruptõem Dõm ꝙ abesse dicit ibi aptitudi-
nem. et illa aptitudo ꝯuenit accñtibꝫ in cõi. Sꝫ ꝯtra. posito vno oppo-
sitoꝝ remouet᷑ reliquũ. sed accidens semꝑ adest. ergo nunq̃ pōt abesse
Dõm ꝙ semꝑ dicit aptitudinẽ vel actum. ⁊ sic pōt etiã ꝭm actũ abesse.
Sed ꝯtra. ergo nõ valet diffinitio. Probat᷑ qꝛ nulla bona diffinitio de-
bet dari ꝑ opposita. sed ista est hmõi. ergo ⁊c̃. Minor ptꝫ. qꝛ adesse ⁊ ab-
esse opponũtur Dõm ꝙ dicũt aptitudinẽ. modo predicta oppositio est in
in illis q̃ sunt ꝭm actũ. Uel dõm ꝙ opposita sunt respectu eiusdẽ. sꝫ ad-
esse ⁊ abesse sunt respectu diuersoꝝ. qꝛ vnũ respicit accñtis generationem
et esse. reliquũ vero accñtis corruptõem. et hoc ꝑ inherentiam vel separa-
tionem a subiectis. quibus inherent accidentia

¶ Arguit᷑. si ꝯtingeret accidens nõ esse in subiecto vel maneret vel corrũ-
peret᷑. sed nullũ istoꝝ est dõm. ergo nõ potest accñs a subiecto separi Nõ
manet q̇dẽ. qꝛ tunc esset ꝑ se. sed ꝑ se esse est ꝓpriũ substantie ꝭm primã ꝓ-
prietatẽ eius. Nec manet in alio. qꝛ accñs nõ potest migrare de subiecto
in subiectũ ꝭm Boetiũ. ergo accñs nunq̃ potest a subiecto separari Nec
corrũpit᷑ qꝛ idẽ est terminus generatõis et corruptõis. sed accñs nõ gene-
rat᷑ qꝛ nõ est suppositũ. ergo nõ potest corrũpi Dõm ꝙ sepatio accñtꝫ
a subiecto est eius corruptio. Et ad ꝓbatõem in ꝯtrariũ dõm. ꝙ q̃uis
nõ generat᷑ generatõe simpliciter dicta. generat᷑ tñ generatione ꝭm quid.
et ita potest etiam corrũpi

¶ Arguit᷑. q̃ñcũq̃ aliqua sunt ꝯiuncta ꝑ accidens. si vnum potest separi
ab altero. ⁊ reliquũ separi potest. sꝫ substãtia ⁊ accñs sunt hmõi. g̃ ambo
separabilia post sepatõem pñt manere. Minor pꝫ. qꝛ ydromel ꝯponit᷑ ex
aqua et melle. et aqua pōt ꝑ se eẽ. silr̃ et mel. ergo silr̃ hic in ꝯposito ꝑt esse
vnũ sine reliquo Dõm est primo ꝙ argumẽtuꝫ intelligit᷑ de illis q̃ stꝫ
eiusdẽ generis. sicut sunt mel et aqua. mõ accidẽs ⁊ suũ subiectũ sunt di-
uersoꝝ generũ. Aliꝫ aliter dicunt. ꝙ intelligit᷑ de illis q̃ sunt ꝯiũcta ꝑ acci-
dens ꝯtingenter. nõ aũt de illis q̃ sunt ꝯiuncta ꝑ accñs necessario. modo
ex natura et necessario accidens si debeat subsistere ꝯiungit᷑ subiecto.

¶ Arguit᷑. materia ⁊ forma ꝯiũcta sunt eiusdẽ generis. tñ materia potest
esse absq̃ forma. Probat᷑. qꝛ alʼs generatio vnius nõ esset corruptio alte-
rius Dõm ꝙ intelligit᷑ de illis que sunt eiusdẽ generis non facientia
vnum per se. sed solum per accidens.

¶ Arguit᷑. tunc nõ valet solutio primi argumẽti. qꝛ intelligit᷑ de illis que
sunt ꝯiuncta ꝑ accñs ꝯtingẽter. sꝫ accidit materie ꝙ stat sub tali vel tali
forma. qꝛ potest stare sub alia Dõm ꝙ forma ꝑ se inẽ materie. cui etiã
per se substat. licet potuit esse sub alia. Sꝫ ad primũ melius dõm ꝙ ma-
teria nullo mõ ꝑt esse sine forma. qꝛ tunc ens in potẽtia vt hmõi esset ens
in actu. qꝛ materia ex sua ꝓpria natura est ens in potẽtia. si ãt esset sine for-
ma pro illa vice esset ens in actu. hoc aũt implicat ꝯtradictionem

¶ Arguit᷑. prius ꝑt esse sine posteriori. sed materia est prior ꝭm viã ge-
nerationis. ergo potest esse sine forma Dõm ꝙ intelligit᷑ de priori abso-
luto. nõ autem respectiuo. qualis est materia

Argumentoꝝ

Arguit̄. quicq̄d reducitur ad aliq̄d genus absolutoꝝ est absolutū. sed materia reductiue est in p̄dicamento substantie que est ens absolutū. ergo p̄t esse sine forma. Dōm ꝙ nō est respectiua illo respectu q̄ ē in p̄dicamēto relatōnis. q2 tunc respectus accn̄talis fundaret̄ in nuda substantia. qḋ est impossibile. sed est quidā respectus transcendens. q̄ est q̄dāmō essentialis ip̄i materie. ⁊ ergo sic nō intelligit̄ sine forma.

Arguit̄. accidens est minus ꝑfectū q̄ȝ substantia. sed possum⁹ intelligere accn̄s sine subiecto. g̃ etiā possumus intelligere materiam sine forma. Dōm ꝙ accn̄s est in sua natura formaliter cōpletū. ideo per se potest intelligi sine subiecto. materia aūt hȝ suū complementū a forma. ergo non p̄ōt materia intelligi sine forma.

Arguit̄. vbicūq3 sunt distincte formales rōnes essendi. ibi etiam sūt distincte rōnes intelligendi. sed hmōi est materia ⁊ forma. q2 d̄r Aresto. p̄rimo de aīa. actus ⁊ potentia non parum dn̄t. Dōm ꝙ licet hn̄t diuersas rōnes. tn̄ vna dependet ad aliam. ergo ⁊c̄.

Arguit̄. ex illo sequeret̄ ꝙ accidens posset esse sine subiecto ꝑ se. Probatur. q2 quecūq3 sunt sepabilia illa pn̄t seorsum ꝑ se subsistere. sed accidētia sunt a subiectis sepabilia. g̃ possunt ꝑ se subsistere. Maior patȝ. q2 sepabilia sunt in altero ⁊ altero loco. vt pȝ ex priori rōne. Dōm ꝙ h̄ intelligit̄ de illis q̄ sūt sepabilia ꝑ p̄ue dicta sepabilitate. q̄lis nō ē inter subam ⁊ accn̄s.

Arguit̄. accn̄tia pn̄t ꝑ se subsistere sine subiectis. q2 sicut se hȝ res ad intelligere. ita se hȝ ad esse. sed p̄t accidens intelligi ſm quoscūq3 sine subiecto. g̃ p̄t esse sine subiecto. Maior patȝ. q2 de abstractis oīm accidentium d̄r ꝙ intelligunt̄ ꝑ se sine subiectis. ⁊ ergo dicunt̄ abstracta. Dōm ꝙ ſm rem accidens semꝑ esse in subiecto est necessarium. sed p̄t esse sine subiecto quantum ad modum intelligendi.

Arguitur. ille intellectus est falsus q̄ intelligit rem aliter q̄ȝ est. sed accidens est semꝑ in subiecto subsistens. g̃ non potest intelligi sine subiecto.

Dōm ꝙ ille intellectus est falsus qui intelligit rem aliter esse q̄ȝ intelligibilis est. mō accidens est sine subiecto intelligibile. Sed ꝯtra. intelligere p̄supponit esse. sed accn̄s nunq̄3 potest esse sine subiecto. g̃ nō intelligitur sine subiecto. Dōm ꝙ licet nunq̄3 est sine subiecto. tn̄ in illa re p̄t intellectus rōne sue libertatis ꝯsiderare modū quendā ꝯcipiendi ſm seip̄m accidens p̄cipue in abstracto. in quo hȝ modū ꝑ se subsistentis.

Arguit̄. accn̄tia pn̄t ꝑ se subsistere. vt patet in sacramento altaris. Dicendū ꝙ hoc est supernaturaliter. non aūt ſm naturam.

Arguitur. supnaturaliter nō potest subsistere sine subiecto. Probat̄. q̄a quicq̄d ꝑ se subsistit est substātia. sed nunq̄3 accidens p̄t esse substātia. ergo nō potest ꝑ se subsistere. Maior patet ex predicamento substantie. Sed minor ptȝ ex Aresto. p̄mo posterioꝝ dicēte. ꝙ essentie p̄dicamentoꝝ sūt impermixte. Dōm ꝙ licet est ſm actum sine subiecto. tn̄ naturalē habȝ aptitudinē ad existendum in subiecto.

Arguit̄. actualis existentia in subiecto nō potest ab accn̄te separi. Probat̄. q2 quicq̄d est de definitōne alicuius nō potest ab eo separi. sȝ esse sꝑ in subiecto est de definitōne ipsius accn̄tis. ergo non potest per aliquā potentiam ab eo separi. Dōm ꝙ esse aptitudinale est de eius diffinitione. vt

postea patebit. ⁊ illud non potest ab ipso separari. Sed esse actualiter in subiecto est sibi accidens. ⁊ hoc potest separi ab eo.

Arguit᷑. quicq̄d ꝯuenit alicui ꝑ accn̄s nō potest sibi sꝑ cōuenire. sed esse in subiecto semper conuenit accn̄ti. ergo nō accidit sibi. Maior patet. quia qđ alicui accidit interdū sepatur ab eo. Sʒ minor patet q꞉ đr definitō vna Accidens est semꝑ in subiecto subsistens. Dōm ꝙ intelligit᷑ de accn̄te in cōi. non aūt de hoc vel illo in particulari. g̊ illud interdū abest.

Arguit᷑. si accidens esset aptū natum esse in subiecto hoc esset ꝑ aliquā aptitudinē. sed hoc nō est dōm. quia vel esset de essentia vel supaddita. sed nullum istoꝝ est dōm. Non de essentia. q꞉ habitudo est in genere relatōis in quo nō sunt omnia accidentia. Nec supaddita est. quia tunc esset accn̄s qđ haberet aliam habitudinem. ⁊ illa iterū aliam. ⁊ sic esset ꝓcessus in infinitum. sed ille est ꝓhibitus. g̊ ⁊c. Dōm ꝙ illa habitudo est de essentia ipius accn̄tis. Et qn̄ tunc replicat᷑. ergo seq̄retur ꝙ aliq̄d essentie accn̄tis esset relatio. Dōm ꝙ nō est relatio ad terminū correlatiuū ⁊ extrinsecuʒ. quod conuenit relatiuis. sed est relatio ad alium terminū. scʒ ad subiectum qui vocatur respectus subiectiuus. non aūt obiectiuus qui cōuenit relatōnibus. sicut primus omnibus accidentibꝫ.

Arguit᷑. accidens est genus. ergo male đr ꝙ nō est genus necꝫ species. Aн̄s ꝓbatur. q꞉ sunt plura genera accidentiū quoꝝ quodlibet habet sub se multas spēs. Dōm ꝙ est genus ꝑ ꝯpatōnem ad inferius. ⁊ est accidēs per ꝯpatōnem ad subiectum.

Arguit᷑. omne vl̕e est genus dr̄ia vel spēs. sed accidens est vnum de quincꝫ vniuersalibꝫ. ergo est vnū illoꝝ trium. Dōm ꝙ bene est aliq̄d tale. sed non consideratur hic rōne p̄dicabilis.

Arguit᷑. in rōne p̄dicabilis accidens est aliq̄d talium. g̊ ⁊c. Probat᷑ q̄a p̄dicabile ⁊ vl̕e idem sunt. sed non dicit᷑ aliq̄d vl̕e nisi ꝑ ꝯpatōnem ad sua inferiora. Dōm ꝙ verū est essentialiter vel accidentaliter. iam accidens hʒ supposita sua. s. subiecta ꝑticularia. vt tn̄ particularibꝫ accn̄tibꝫ īformata.

Arguitur. omne qđ est vel est substātia vel accidens ꝺm pħm in antep̄dicamētis. sed vtrūcꝫ ꝺm eundem hʒ rōnem generis. g̊ ⁊c. Dōm ꝙ verū est. sed nō ꝺm omnē rōnem vt dictū est.

Arguitur. accidens est genus quocūcꝫ mō ꝯsideratur. Probat᷑. quia illa sunt idem essentialiter quoꝝ est vna ratio. sed sic est de substantia ⁊ accn̄te ergo ⁊c. Maior patet. quia ydemptitas diffinitōis est maxima. Sed minor patet. q꞉ ambo ꝯueniunt in rōne vl̕is ⁊ predicabilis. Dōm ꝙ ille rōnes sunt descriptiue cōmunes ⁊ analogice. que non indicant ydemptitatē essentialem rei.

Arguit᷑. accidens ⁊ genus essentialiter ydemptificantur. ergo illa solutio minus vera. Aн̄s ꝓbatur. quia color est genus ⁊ idem in essentia. color etiā est accidens. ergo essentialiter ydemptificant᷑. Dōm ꝙ licet in eadeʒ natura pn̄t ydemptificari. non tn̄ simpl̕r in omnibꝫ generibꝫ ⁊ accidentibꝫ. Et tamē cū illa ydempitate stat distinctio ꝺm formales rōnes ꝺm quas faciunt distincta predicabilia.

Arguitur. omne p̄dicabile debet diffiniri ꝑ dici ⁊ p̄dicari. sed dici ⁊ predicari in nulla diffinitionū accidentis ponuntur. ergo ⁊c. Dōm ꝙ acci-

dens p pparōnem ad alia pdicabilia est minime entitatis. ergo debuit definiri p illud per quod sua entitas potest manifestari. hoc aūt est p inherentiā actualem vel aptitudinalē in subiecto. ergo per illam diffinitur. Ut dōm qdam exponunt particulas in diffinitōne accidentis positas per affirmatiue vel negatiue predicari. id est virtualiter diffinit p dici pdicari

Arguit. qd dicit diffinitū implicite diffinitio debet explicare. ergo cum accidens sit hic diffinitū non debet diffinitio solū virtualiter dari p dici et pdicari. sed formaliter. Dōm q hoc intelligitur de diffinitōne quidditatiua et essentiali. nō aūt descriptiua.

Arguit. sicut definitio est explicita per essentialia. ita descriptio debet eē explicita p accidētalia. qa par est vtrobiq rō. ergo debet dari per ea q sunt implicite explicantia naturā ipius accñtis. Dōm q datur p aliqua explicite. que sufficienter notificant naturā ipius accñtis. sed illa possunt virtualiter in se alia cōprehendere. vt est in pposito.

Arguit. descriptio datur per genus et pprium. sed hic nullum ponit pprium. ergo etc. Dōm q datur p genus et pprium vel per accñtia cōmunia. que circūloquuntur vnū pprium.

Arguitur. ergo haberet tm vnā descriptōnem. Probatur. quia vni9 rei est tm vnum pprium Dōm q nō est descriptō pprie loquēdo. sed est qdam notificatio notior illo quod notificatur. et tales pñt esse plures fm diuersas rōnes ipius notificati.

Arguit. accidens debet diffiniri fm illam rōnem fm quā est pdicabile. sed talis est tm vna. g etc. Dōm q accidens fm illā rōnem scz fm rōnē predicati habet tm vnā. tñ hz alias rōnes que suffragant ad noticiā illam perfecte habendam. ergo etiam ponūtur

Arguitur. vnumquodq debet diffiniri per suū pprium genus et p suam ppriam differentiā. sed talia habet accñs. vt patet de albedine et nigredine. que sunt in genere qualitatis Dōm q hoc bene verum est de accidente fm spēm cōsiderato. nō tñ de accñte in cōmuni. quia hoc est omnia nouem genera accidentium transcendens.

Arguitur. de casualibus et fortuitis nec est scientia nec diffinitio. sz accidens est ens casuale et fortuitū. ergo male hic definitur. Maior patet. qa scientia solum est necessarioꝝ et incorruptibiliū. Sed minor patet. qa accidens non dr nisi ptingentē causam in subiecto Dōm q qūis accidens in particulari sit vt frequēter. sed i vniuersali semper est. et non potest fieri p se loquendo. tamen per accñs generat et corrumpitur. et ergo fm primū modum de accidente est ars et scientia.

Arguitur. accidentiū est demonstratio. qa habet esse in subiecto. tamen vlia logicalia sunt a subiectis abstracta fm Aresto. primo de anima dicentem. Uniuersale nihil est. aut est posterius suis singularib. Dōm pmo q qūis sint abstracta fm actum. tamen habent aptitudinem inexistendi subiecto. Et quando tunc dicit. accidens i subiecto est corruptibile. qa non habet in illo causam necessariam sed contingentē et variabilem. Ut tendū q qūis accidens i hoc corruptibili subiecto bene corrumpatur. non tamē accidens i cōmuni in subiecto vago designatum. qa tale accidens ē perpetuū et incorruptibile.

Arguit᷑.accn̄s in subiecto vago ⁊ in cōmuni ꝯsideratum est corruptibi
le.ᵹ solutio minus vera. Probat᷑.qꝛ q̇cq̇d habet ꝯtrariū est corruptibile.ſꝫ
accidens hoc modo cōsideratū habet ꝯtrariū.ergo est corruptibile.⁊ ꝑ cō
seq̄ns nec est scibile nec diffinibile. Maior ē Aresto.ṗmo physicoꝝ. Di
cēdū ṗmo ꝙ accn̄ti in genere nihil est ꝯtrariū.vt nec quantitati nec quali
tati.sed bene in specie.⁊ ſm illā rōnē hic accn̄s ꝯsideratur.
Arguit᷑.scientia albū ⁊ nigrum sunt accn̄tia in specie cōsiderata.⁊ sūt ali
cuius ṗdicabilis nō alterius ꝙ̄ generis.ᵹ hic etiā ꝯsiderant᷑ accn̄tia in spē
et habētia ꝯtrarietatē. Dōm ꝙ nō ſm rōnem specificā.sed ſm rōnem
cōmunē ⁊ analogam.in qua omnia accn̄tia cōueniunt.
Arguitur.ergo non posset diffiniri.qꝛ diffinitio est vniuocoꝝ.⁊ similiter
eius nō est demonstratio.vt patet ṗmo posterioꝝ Dōm ꝙ hic describit᷑
et sic nō est equocatio sed analogia.q̄ nō impedit definitōem neqꝫ demon
stratōnem.vel accipit᷑ ſm cōmunē eius acceptōnem.q̄ ingreditur demon
stratōnem vel quando definitur.
Arguitur.effectus nō potest esse maioris perfectionis sua causa.ſꝫ ac
cidentia causant᷑ a ꝑticularibꝰ que nō sunt sub arte neqꝫ scia.ᵹ etiā nec ipa
accn̄tia cōmunia. Maior pꝫ ꝑ Porphiriū.qꝛ accidens ṗmo est in indiui
duis Dōm ꝙ q̄uis ab illis causat᷑ ſm ꝑticularē rōnem.tn̄ intellectus
accipit ipm ſm quandā cōmunē rōnē.ſm quā potest esse sub sciētia.sicut
etiā ipa singularia sunt sub scientia.
Arguit᷑.agens particulare nō potest esse principiū ꝓductōnis alicuius
effectus vl̄is.sed particularia sunt singularia agentia.ᵹ non pn̄t esse ṗnci
pium accn̄tis in cōmuni Dōm verū est ꝙ ſm suā ꝓpriā naturā precise
ꝯsideratā nō est ṗncipiū alicuiꝰ entis cōmunis.sed ſm ꝙ includit virtutē
vl̄is agentis vtiqꝫ potest.sicut pꝫ ꝑ Gilbertū porritanū ⁊ eius cōmenta
torē suꝑ illo verbo ꝙ ṗmo ꝓducit᷑ particulare.⁊ ꝑ quandā ꝯcomitantiam
generat᷑ vl̄e.qđ est principiū artis ⁊ scie.vtꝫ scđo posterioꝝ.
¶ Solutis itaqꝫ rōnibꝰ Spineo obiectis ponit Lilius hāc ꝯclusionem.

Inherentia est de essentia ipsi us accidentis

Contra hoc opponit Spineus

Arguit᷑.illud nō est de essentia alicuiꝰ quod predicat᷑ denoīatiue de il
lo.sed inherentia ṗdicatur denoīatiue de ipo accn̄te.ergo nō est de eius es
sentia. Maior patet.qꝛ denominatio non fit nisi ꝑ aliqđ extrinsecū. Mi
nor patet sic dicēdo.accidēs est inherens.ibi inherentia ſm ṗdictū moduꝫ
ṗdicat᷑ de ipo accn̄te Dōm ꝙ aptitudinalis inherentia est de eius essen
tia.qꝛ semꝑ sibi ꝯuenit.⁊ potest q̇dditatiue ⁊ essentialiter de ipo accidente
predicari.vt dicendo intellectio est intellecta.que etiā est essentialis.⁊ ergo
non est simpliciter denomiatiua sed ſmmodum tn̄.
Arguit᷑.quādocūqꝫ aliqua sunt essentialiter idem de quocūqꝫ ṗdicatur
vnū de illo predicat᷑ ⁊ reliquū.sed sic nō ē de accn̄te ⁊ eius inherentia.ergo
non sunt essentialiter idem. Minor patet.qꝛ bene dr̄ lignū est album.nō tn̄
possumus dicere lignū est inherens in vera predicatōne.qꝛ lignū est sub
stantia.que est per se ſm primā eius ꝓprietatem Dōm ꝙ hoc est verum

si sint essentialiter eadē ꝛ ſcentur ꝑ eandē ꝓprietatē. vna eñ res p̄t diuersis ꝓprietatibꝫ ſcari ꝛ importari. vt lapis petra saxum. Unde q̄uis esse albedinis ꝑ albū ꝛ albedinē ſcaᷣ hoc fit ſm aliam ꝛ aliam ꝓprietatē. ꝛ tñ de quocūq; p̄dicatur vnū nō predicaᷣ reliquū. sicut est de albo etiā est de inherētia in ꝓposito. Vel intelligiᷣ maior p̄us assumpta ꝑ ꝯparatōem ad talia p̄dicata. que nō ponūt differentiam ꝛ repugnantiā inter illa que sunt essentialiter idem. modo sic est in ꝓposito

☞ Arguiᷣ. si inherentia esset de essentia ipsius accn̄tis sequereᷣ ꝙ q̄ðlibet accn̄s p̄dicareᷣ ꝑ se de subiecto. sed hoc est falsum. g̊ ꝛc̄. Minor pꝫ primo posteriorꝝ. vbi Aresto. ponit modos p̄dicādi ꝑ accn̄s. Sed ꝓbaᷣ cōsequentis falsitas. q2 accn̄s inest subiecto ꝑ suā inherentiā. sed inherētia est de eius essentia. q2 ſm essentiā ꝛ ꝑ se p̄dicari idē sunt ſm ꝯmentatorē q̄nto metaphysice Dōm ꝙ licꝫ accn̄s sit ꝑ se in subiecto hoc est perseitate vnius extremi scꝫ p̄dicati. sed nō ex parte vtriusq; extremi. Vel est aliter dicendum ꝙ verum est si accidens determinat sibi illud subiectum in quo est. aliter non est necessarium neq; oportet

☞ Arguiᷣ. illa nō sunt idē essentialiter quorꝝ vnū est sensibile ꝑ se. alterū vero nō. sed quedā accn̄tia sunt sensibilia quorꝝ inherētia nō p̄t sentiri. g̊ nō sunt idē. Maior pꝫ. q2 illa que sunt diuersa cadūt sub diuersis potētijs ꝑ se. Minor pꝫ. q2 albedo videᷣ. eius tñ inherentia nullo mō videri p̄t. ꝛ simile est de multis alijs Dōm ꝙ inherentia q̄tum ad id qð est bene est sensibilis. g̊ etiā idem cū albedine. licet nō est sensibilis q̄tum ad illam proprietatē sub qua significatur

